



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Pelagia Poenitens 8. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

632 VITÆ SANCTORUM. 8. Octob.  
vocavit, vovitque ne moreretur, in Re-  
ligioso cætu se vincendum. Convaluit:  
sed soteria solvere oblitus vindicem mor-  
bum secundum sensit, nec prius manum  
iterum O S I T H Æ medicam, quam ob-  
jurgatus ab hâc fidem liberaturum se spo-  
pondit. Itaque bis voti damnatus tem-  
plo & cœnobio anathema, se, dedit.  
*Ex Surio.*

*Vide ne promissum tuum irritum facias,  
neque fide tuâ vota disrumpas. Habebis  
profecto accusatores prævaricationis tue;  
habebis veridicos testes testificantes adver-  
sum te; habebis judicem, qui nullius per-  
sonam accipit in suæ executione sententiæ.*  
S. Laur. Iust. de Cont. mundi c. 19.

S. PELAGIA POENITENS.  
8. Octobris.

**V**ixit PELAGIA Antiochiæ sub  
Theodosii Minoris tempora, ob  
formæ venustatem corporisque cultum  
non jam Veneris serva, sed ipsa Venus  
habita, pudor urbis, & castitatis ipsis-  
sima perniciës. Quis credat? quæ oculis  
captivam post se urbem trahebat, in hanc  
oblitum defixisse D. Nonno Antistiti  
etiam profuit. Quid enim? (exclamabat  
post visum hoc elegantiaë idolum ille)  
quo demùm studio, quo sive temporis  
dispendio, sive impendio sumptuum,  
hæc faciem comit pingitque? & hoc  
cur?



cur? quò nempe oculis amantium arri-  
deat, cælo lacrymante. Animæ interim  
meæ, quam, ausim dicere, *Deus* de-  
petit, quia splendor? nempe ad hanc infamiam collata, *Æthiopissa* es anima. Ite  
& sordes meas, eheu! lacrimæ lavate. Hæc  
Nonnus. At *PELAGIA*, spectante &  
mirante urbe, ad pedes ejus descendit,  
& vitæ licentiam sancto fletu gemituque  
teste ejurat. Mox jejuniis & Vigiliis cor-  
pus defluere, vultum non jam gratie, sed  
pallor, squalor, maciesque insidere,  
nihil jam in totâ fronte rubere, præter  
præteritorum memoriam. Nempe ob-  
strepere hic Veneris puer, desertum se  
fide non bonâ queri, formam se, opes,  
amores dedisse: ipsam probra, con-  
temptum, odiumque ingrati repen-  
dere. Sed virum scilicet invenit. Nam  
sparso omni in egenos auro, laqueos  
amantium, capillos rescidit, feminam  
cum veste exiit, Pelagium se dixit, vitæ-  
que reliquum Hierosolymis inter sum-  
mas vitæ asperitates egit, in illo monte,  
qui ab olivetis nomen habet, ab ipso  
Christo dudum edocta, ad cælum illinc  
ascendit. *Ex Surio.*

*Quidquid animo ex præsentis sæculo ar-  
ridet, ex consideratione æterni ignis amares-  
cat; quidquid in mente pueriliter hila-  
rescit, disciplinæ censura coërceat; ut,  
dum sponte temporalia fugimus, æterna  
gaudia sine labore capiamus. S. Greg.*

Rr 5

S. DIO-



## S. DIONYSIUS AREOPAGITA.

9. Octobris.

**I**stest DIONYSIUS, cui nomen Areopagus fecit, vir inter Athenienses eximiè doctus, & siderum contemplationi addictus. Quare eo tempore quo omnis natura morientem Christum lugebat, exclamasse fertur, *aut Deum laborare, aut mundum ruinam meditari.* A Paulo deinde Christo additus, præesse novitio Christianorum gregi Athenis iustus est. Ajunt cum Apostolis abeunti in cælos *Virgini* adfuisse. Certè eam vidisse, aspectuque tam augusto attonitus, ingenue scribitur affirmasse, pro Deo hanc habiturum se, fuisse, nî fides Dei matrem esse suggessisset. Paulo etiam commori cupidus Roman advolavit. Sed prævertit Neronis crudelitas, qui spem tantam in Paulo prius decollavit. Galliam ergo cum jussu Clementis Pont. adisset, annos numerans X. supra centum, vincula primò tulit, tum verbera; utraque Christianâ fortitudine. Exinde ferreo, cui flammæ subjectæ erant, lectulo incubuit; sed suaviora numquam somnia de cælo, quam tunc vidit. Ita semiuftulatus feris objectus est, sed has etiam virtus demulfit. Iterum in flammis missus, aurum exivit. Post in crucem actus, cruce scilicet gravius habuit deponi è cruce. Ad extre-  
mum